



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ioachimvs Pater B. M. V. 20. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

166 *Vite Sanctorum.* 20. M A R T.

non lateret, perspiceret. Sed illa oculis carenti jucundissima spectacula fuere: videre non semel festo Pentecostes die sacram Pneuma supra caput suum descendere. Denique cum precabiunda beatissimum illum pusionem IESVM, illum illum solem potuit intueri, an non oculos habuisse jam probos putemus? Enim verò si oculis tunc non vidit, at certè charius aliquid oculis vidit.
Ex tom. 14. Bzovii.

S. IOACHIMVS PATER B. M. V.
20. Martii.

IOACHIMVS è regiâ Davidis stirpe Iassem suum trifariam divisit. Partem templo sacram, alteram egenis & peregrinis communem, ultimam sibi & familiæ voluit reliquam, testamento, quod vel cæluni probavit. Nam cum in ipsam senectam usque sine hærede vivisset (probro id ætatis ac loci tanto, ut cum sacrificio suo etiam repulsam ab arâ tulerit) precibus suis apud Numen hoc questus, candidissimum nuntium certæ prolis accepit. Et verò spem ipse etiam rei eventus longè maximè superavit. Nata enim MARIA, & cum MARIA renatus orbis est. Et pensavit profectò partus tam serus, quidquid morarum traxerat. Potuit ignosci tempori tam magna parturienti: potuit IOACHIMVS hâc unâ filiâ beatus ride

R T.
culis
re:
die
de-
inda
M,
an
ute-
a vi-
dit.

V.

irpe
tem
ere-
fa-
to,
n in
e vi-
o, ut
ab
nen
um
ipse
pe-
cum
avit
quid
em-
tuit
s ri-
dere

20. M A R T. *Vita Sanctorum.* 167
dere populos alios filiorum. Proinde officium patris facturus, cælo filiam, cui debebat, vix trimulā dicat, & templo jam tum ancillam sacrat, nullam cum hoc sacrificio repulsam ab arâ extimescens. Ipse certus de Servatore sînum Abrahæ petit, inde paucis post annis triumphantem CHRISTVM ovans sequitur in cæli arces. Ibi ille olim sterilis senex omnium parentum gloriam nunc exæquat. Summa ejus est, genuisse talem filiam, quæ talem illi nepotem peperit. Ex S. Io. Damasc. l. 4. de Fide Orth. & orat. de Nat. Mariae.

S C V T H B E R T V S EP. 20. Mart.

Exultabat puer CVTHBERTVS insolentiùs inter æquales suos, victor cùm omnibus aliis in ludis, tum in luctâ præcipue. Interea puero Pædagogum submisit cælum trium annorum pusionem, qui gravibus verbis castigavit leviculum, jussitque mores assume-re, qui infulam, quâ olim insigniendus esset, exornarent. Et audiit CVTHBERTVS Deum in infante loquen-tem, & jam tum abire ad partes reli-giosorum hominum cogitavit, quod ut posset facilius, agrotantis genu Medicus Angelus, equo candido insig-nis, curavit. Homines deinde ut pasce-re olim sciret, pascere pecora instituit, & vigil inter preces in illustri nocte

L 4

Ai-